

partes similes 70. p. R. 1620. & 70. p. R. 1620. recisa autem, pars erit p. R. 980. m. R. 2. & m. R. 980. p. R. 2. quadra igitur utramque partem per se per modum R. ligatae fient igitur iunctae hae duae productiones 5538. p. R. 31752000. p. R. 7840. cuius recisum ponatur R. 31752000. p. R. 7840. m. 5538. multiplica ut vides per eandem fiant ut vides quare tandem fiet productum R. 995742720000. p. 1090396. ponemus igitur recisum huius considerantes ut cadat m. super minorem terminum est autem R. minor numero nam 1090396. in se ductum producit plus quam 995742720000 ideo ponemus recisum 1090396. minus radice illa provt vides in Figura inferiore &

Secundum Rec.

R. 31752000. p. R. 7840 | p. 5538.  
 R. 31752000. p. R. 7840 | m. 5538.  


---

 317520000. p. R. 7840 | m. 30669444.  
 p. R. 995742720000  


---

 R. 995742720000. p. 1090396.

multiplicabis per eandem regulam, & fiet tandem diuisor detracto m. producto numerus hic detractis enim ut in aliis 995742720000. ex 1188963436816. remanent 193220716816. & hic est diuisor deinde habemus tria residua ut vides multiplicanda per 9. p. R. 405. m. R. 162. fiet igitur productum ex primo quadrinomio residuo in diuidendum 792. p. R. 131220. p. R. 162. p. R. 810. p. R. 158760. p. R. 1984500. m. R. 79380. m. R. 793800. m. R. 262440. nam tres aliae radices transeunt in numeros & ideo detraimus 18. & 630. & addidimus 810. & facta est summa numeri 792. qui erat prius 630. totum igitur hoc constans

Tertium Rec.

1090396 | p. R. 995742720000  
 1090396 | m. R. 995742720000  


---

 1188963436816 | m. 995742720000  
 99574272000 |  


---

 193220716816. Diuisor

ex 9. partibus multiplicabimus in recisum quintum quod fuit R. 31752000. p. R. 7840. m. 5538. & fiet totum hoc R. 19916886328000. p. R. 5143824000. p. R. 63011844000000. p. R. 25719120000. p. R. 5040947520000. p. R. 1270080. p. R. 245662147440. p. R. 2456621474400. p. R. 1028764800. p. R. 804888883360. p. R. 4917749760. p. R. 15558480000. m. 2940056. m. R. 25204737600000. m. R. 62233392000. m. R. 1982594880000. m. R. 402444441680. m. R. 622339200. m. R. 4968449928. m. R. 24842249640. m. R. 4869080929440. m. R. 60863511618000. nam quinque radices transeunt in numerum ideo fiunt partes tantum 22. e quibus vna est numerus caeterae sunt radices & ideo multiplicabimus hoc totum in recisum tertium quod fuit 1090396. m. R. 995742720000. & ideo facta multiplicatione in 2940056. reducemus totum hoc reci-

sum ad radicem & fiet R. 1188963436816. m. R. 995742720000. proueniet illud quod diuisum per 193220716816. producet illud quod ambulauit in prima die & est valor rei & quia excedit 5000. litteras facta diuisione ideo non pono hanc vltimam multiplicationem cum sua diuisione.

Si vero quis aliter soluat eueniet aequatio 5000. numerorum quorum singuli plusquam 20. litteris constarent impleretque totum hunc librum nec forsitan bene sufficeret & ideo potest absolute alio modo operatio impossibilis appellari.

Nembrot voluit aedificare turrin babel 57 vsque ad caelum quaritur Deo non resistente quomodo potuisset continuari ut nec coementum, nec lapides nec cibus defuisset aedificatoribus, nam in tanta altitudine non potuissent cibum etiam pro se tantum deferre nedum pro aedificatoribus, nam quanto plures fuissent portatores eo plures fuissent comestores, ponamus igitur quod quilibet homo sufficiat portare cibum pro 5. hominibus & ultra ex coemento & lapidibus lib. 10. & singulis diebus vel ascendendo vel descendendo possit perficere milliaria, 12. quod non parum esset tum ob assiduitatem tum ob ascensum tum ob obliquitatem viae & velim statuere iam turri alta 36. milliariibus quomodo possit augeri & perfici scias quod potest solui dupliciter vel per regulam vel per omnem numerum, per regulam ita soluitur ut non supersit nec desit aliquid in toto magisterio nec de cibo nec de lapidibus nec de coemento: si vero soluatur ex numero obiter posito tunc superest aliquid nihil tamen deest. Ponamus igitur per regulam primo diuide 36. per dimidium millia-

Altitudo	Iter diei	Gestatio
Turris		pro cibo 5.
Milliaria 30	Milliaria 12	pro cemento
6	2	& lapidibus lib. 10.
5		
1	1	4096   36
6	5	1024   30
	25	1280   24
	125	1600   18
	625	2000   12
	3125	2500   6
		3125   Pes tur.
		15625

riorum quae potest homo ambulare singulo die & est 6. exit 6. deinde quia quilibet gestat cibum pro 5. hominibus quare 6. terminos minimos in quintupla proportione & sunt necessario inchoantes ab vnitatem & sunt ut vides vltimus igitur est 3125. & tot homines pones in pede turris deinde subtrahere quintam partem ex 3125. remanebunt 2500. & tot homines pones in primo solaro turris vbi est alta milliaria, 6. & ibi manebunt, deinde ex 2500. auferes quintam partem & remanebunt 2000. & tot homines pones in secundo solaro vbi turris est alta milliaria 12. & iterum a 2000. auferes quintam partem & remanebunt 1600. & tot homines pones in tertio solaro vbi turris est